



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institutio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Fortitudinem adiuuant quinq[ue].

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

CHRISTIANA

&c. Quartum est, quia regnum celo-
 rum lucratur. Matth. Regnum celo-
 rum uir patitur, & uiolenti rapiunt il-
 lud. Idem. Machab. 1. Vos ergo filij
 confortamini, & uiriliter agite in le-
 ge, quia cum feceritis quae uobis pre-
 cepta sunt a domino deo uestro, glo-
 riosi eritis.

Fortitudinem adiuuant quinque.

Primum est fides; mercedem for-
 tium operum ostendendo. Pa-
 2. Pa. 25. Confortamini & non
 dissoluantur manus uestre, erit enim
 merces operi uestro. Secundum est ti-
 mor. Prou. in timore domini fiducia
 fortitudinis. Timor expellit illud pro-
 pter quod uel soluit, uel maxime ti-
 mendum est, scilicet peccatum. Eccle-
 1. siasticus. Timor Domini expellit pec-
 catum; ideo reddit hominem secu-
 30. rum. Tertium est spes. Isaia. In silen-
 tio, & spe erit fortitudo, &c. Vera
 spes reddebat fortem Apostolum di-
 centem. Omnia possum in eo qui me
 confortat, &c. Quartum est discipli-
 12. na corporis, quae hostem domesticum
 debilitat. Vnde dicebat Paulus. Cum
 enim infirmior tunc fortior sum, &
 Bern. potens. Et Bernardus. Quid mirum

si hoste debilitato tu fortior effice-
ris? Quintum est, & potest esse exem-
plum aliorum fortiter dimicantium,
siue hominum, siue mulierum, qui &
quæ nunc sunt, & ante nos fuerunt.
Vnde Gregorius. Facta præcedentiũ
Patrum consideremus, & non erunt
grauia quæ toleramus.

Greg. 1

*Fiducia malorum in quinque
consistit.*

PRimo, in diuitiis. Hier. 49. Hier. 49
Quid gloriaris in uallibus? de-
fluxit uallis tua filia delicata,
qua confidebas in thesauris tuis, & di-
cebas quis ueniet ad me? Secundo in
astutiis, & malitiis. Isa. Fiduciam ha-
buiſti in malitia tua, & dixiſti non eſt
qui uideat me; ſapientia tua, & ſcien-
tia tua deceperunt te, &c. Uſquequo
ueniet ſuper te malum, & nescies or-
tum eius, & irruet ſuper te calamitas.
quia non poteris expiare. Tertio, in
faſſa potentum fortitudine. Isa. Væ
filii deſertores, &c. & ſequitur; ſpe-
rantes auxilium in fortitudine pha-
raonis, habentes fiduciam in umbra
ægypti, & erit uobis fortitudo pha-
raonis in confuſionem, & fiducia um-
bræ ægypti in ignominiam. Vnde

Isa. 47.

Isa. 30.